Sit omnibus notum quod Nos Alamanus de Fuxano miles gratis et ex certa sciencia per nos et successores nostros approbamus lau-
damus et gratis ratifficamus illam convencionem ordinacionem seu composicionem . qua . Petrus Arnaldi de Fuxano pro-
curator per nos specialiter constitutus fecit cum . Bn. de Piru capellano sancti Martini de Costa Gunde et procuratore monas-
terii sancti Danielis de Gunda . super tricesimo decime tocius parrochie ville Asinorum prout in instrumento convencionis seu
composicionis inter eos inito plenius et largius continetur . promittentes per nos et successores nostros vobis . notario . infra
scripto stipulanti et recipienti nomine dicti monasterii et procuratoris eiusdem predicta omnia attendere et complere . et non
contravenire . obligantes propterea omnia bona mea presencia et futura . Et etiam iuramus per deum et eius sancta . iiii.or dei
evangelia corporaliter . a nobis tacta predicta omnia contenta in dicto instrumento convencionis confecto . per manum . Guillelmi Fuxiani . notarii
semper inviolabiliter observare et nunquam in aliquo contravenire iure aliquo vel racione . renunciantes et omni
iuri et privilegio canonico vel civili per quod predicta non veniamus . Actum est hoc . xviii . kalendas februarii
anno . domini . m.o ccc.o undecimo . Signum nostri predicti Alamanni de Fuxano qui hec predicta firmavit et iuravit
laudavit . presentibus testibus . Guillelmo de Candello clerico . et Arnaldo Rossi de Rupiano .

Signum Francisci Sancii publici notarii de Rupiano qui hec predicta scripsi et clausi . cum suprascripto
in viii.a linea ubi dicitur Fuxiani .

nº 449

15-1-1314

Viladasens.
Delme.

Laudatio y Reconpetencia fa Alemañ de Foxá
conposi-
tió o convenció del terçe [illegible]
Viladasens fita per Arnau de Foxá
en [illegible]

A 15 janer 1313. (1314)

Vrr 6 del plec de Vallina y Viladasens

AC 340

T. 222 × 195

Sobre lo cargo d' viladasens
~~creat [illegible] per [illegible]~~

464